

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Ab ea dissensum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

## 52 De CALCEIS HEBRAOR.

X. Non diffiteor, mihi quondam placuisse doctorum hominum sententiam, qui inter ῥωδίματε & οὐρδάλια faciunt discrimen, quale exposuit maximus Salmasius, & elegantissimus Balduinus. Putabam, veteres Hebraeos soleis usos, quamdiu mores aliarum gentium nondum erant imitati, sed seculis posterioribus, postquam cum Romanis intercederet commercium, etiam cum soleis usum calceorum invaluisse. Placebat etiam eorum ratio, qui Christum volebant ῥωδίματε prohibuisse, οὐρδάλια vero permisisse, quod vellet eos veteri inter Judaeos usu soleis calceari, non vero calceis, quod pedum delicatius tegumentum erat. At dum haec accuratius perpendo, longe aliter visum fuit. Eo tempore calceis cavis usos Judaeos minime credo, ut ῥωδίμα calceum proprie dictum significaret, οὐρδάλιον vero soleam. *Calceum proprium togæ tormentum* Tertullianus vocat. Utique hoc verissimum esse, multa veterum loca ostendunt. Apud Romanos calcens sine toga non sumebatur. At, ut Calcei togæ pro-

Tert. de  
pal. cap. 5.